X. COPIA THVRII (p. 17. 260).

ad n. 8088. Pro S. Maria de Pativio in mappis est *Convento di Patiro.*

XIII. POTENTIA (p. 21. 961).

ad n. 158. Barnabeius (apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 387) excepit ita:

VTTAT
VIXIT
HERMES
ET

8340 *a* Potenzae in seminario.

D · M
P · G AMPVLÆO
BLA STO · AVG
CRESCENS
5 ET · IANVARIA
LIB

Barnabeius descripsit a. 1882 ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 387.

2 post G, 3 post BLA lapis ante scripturam damnum passus est. — 4 fin. hiatus non adnotatur

8340 *b* Potentiae in seminario.

D M
MART
VIX · AN
COLLEGI
5 CAPITO
SOD

Barnabeius descripsit ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 388.

8340 *c* Potentiae.

...TO · VERNAE
VIX · AN · XXX · VI ·
FELICVLA · COSER
VO · B · M · F

Barnabeius descripsit a. 1882 ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 388.

8340 *d* Potentiae.

d · M
...RRIO · T · I

Barnabeius descripsit ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 388.

XV. GRVMENTVM (p. 27. 961).

ad n. 249. Iacobus RACIOPPI in commentario qui nuper prodiit *l' agiografia di San Laverio del MCLXII* (Romae 1881. 8. pp. 172) p. 57 titulum falsum esse contendit propterea quod in gestis S. Laverii (c. 58 ed. Racioppi) sic legitur: 'veniunt quidam ex nobilioribus, qui excidio civitatis evaserant et visa contradictione populi habito colloquio cum eminentis prudentiae viro Bruttio Oriente.... partem sacri corporis antistiti 'tradiderunt asportandam'. Quae sententia mihi quoque probaretur, nisi eundem titulum relatum invenissem apud Aldum Manutium.

ad n. 277. Racioppius l. c. p. 132 composuit cum titulo locum gestorum S. Laverii c. 45: 'Corpus beati Laverii a Dicilla Lucilla nobili foemina 'cum viro suo Pactumeio Cristillo ac magnifico viro Millone Tillabgipto, qui sanctissimum martyrem primi hospitio receperant, ... in eodem loco 'martyrii honorifice sepultum fuit', recte omnino. Tertium nomen venit ex n. 53*, quem titulum ibi dixi corruptum magis videri quam confictum.

Tres hos titulos n. 249. 277. 53* iam intellegitur eum qui scripsit gesta S. Laverii edita primum ab Ughellio a. 1659 ita habuisse descriptos, ut leguntur apud Rosellium; hos igitur certe Rosellius non finxit, sed sumpsit ex schedis nescio cuius hominis, quae item aut praesto fuerunt gestorum auctori aut ad ipsum eum redeunt. Ipsi ut pessime excepti sunt, ita causa nulla est cur damnentur, cum praesertim primo eorum auctor Manutianus patrocinium praebeat.

XVI. TEGIANVM (p. 33. 962).

ad n. 291. 292. 306. Adsunt omnes apud Donium cod. Neap. p. 64 cum subscriptione 'dedit R. P. Christophorus Puteanus prior cartusiae Romanae'.

ad n. 301 = 8102. Idem titulus sic fere redintegrandus.

MODESTE
ALVMNE
ET (?) B M HIP
POLyTVS · ET
5 VRSVLA
Q · V · A · IIII
M · V · D · X

XVIII. *Ager inter Atinam et Volceios* (p. 40. 963).

ad n. 373. Barnabeius (apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 388) legit 2 C·QVEEIO 'sic' — 7 D XV

8340 *e* sub Atena in vico *S. Giuseppe.*

BENE MERENTI
LVCIA COIVGI
cAR CVM QVO Vi
XI ANNiS XX

F. Lenormant apud Florianum Vallentin *Bull. épigraphique de la Gaule* 3 (1883) p. 16.

3 fin. hiatus non indicatur. — 4 ANNS traditur.